Mateus Pelka filius Nobilis Nicolai Pelka ad videndum super ipso vel Complice Nobilis Georgij Michalowski extendi penas statuti cum raptore virginum sanctitatis ordinem vestrum [illegible] raptus eiusdem Agnetis Scholomonska alias [illegible] tamen cum suis contentis latius premissa obloquitur super eundem Mathem Pelka in bonis eius ville Zaykowyce Curiaque ibidem existenti posuit et reliquit possessionem dicte Cittonis Nobili Nicolao Pelka Patri ipsius Mathei ibidem in Curia personaliter existente et familie domus in collis eiusdem ville debito modo ut iuris et moris est publicavit et ad Notitiam deduxit Que ita et non aliter fieri ipsi Ministerialis ad acta presentia retulit

Oblata Mandati Ex parte Oppidanorum Liezaiscen Ad Linthomirsk

Actum in Castro Premisliensi ante festum sancti Bartholomei Apostoli proxima Anno domini 1566 sexta feria Quinta

22 VIII. Oblata sunt lucri Mandati sacre Regie Maiestatis sub titulo et sigillo eiusdem sacre Regie Maiestatis ad officium et acta presentia Castrensia Premisliensia Ex parte Oppidanorum Liezaiscen ad Quosdam Balthazarum Linthomirski Successorem Sirachum tenutarium Liezaiscen Quas petierunt litteras ad acta presentia Castrensia Premisliensia inscribi et acticari Quod officium admisit Quarum litterarum tenor sequitur et est talis Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Mazoviae Samogitiaeque etc. dominus et heres Quoniam Balthazaro Linthomirski Successoris Sirachum ac tenutario nostro Liezaiscensi fideli nobis dilecto in absentia eius vice Capitaneo Liezaiscensi Curiam nostram Regiam Cuiusque fidelis nobis dilecto Quandoque Oppidanorum Liezaiscen Existentium et Conquerentium in presenti Generali Regni Lublinensi Conventu Privilegium suum quo in Colle terrae villarum nostrarum Jedlna Cmelowka et Sielanka Jure Civili Ex antiquo gaudent ab omnibus laboribus Curiae nostrae ita sunt exempti ut omnia onera Civilia cum Oppidanis Liezaiscen Exceptis tantum Podwodis ferant de quibus inter illos et Fratrum Controversia intercessisse dicitur et Quoniam de eiusmodi Privilegiis Civitatum et Oppidanorum

Nostrorum Proprietatis aliis graviora Rei publicae Negotia ad alium Generalem Regni nostri Conventum ubique locorum proxime celebrandum de Communi Consensu omnium statuum Regni reiecta est Itaque cum aequum sit ut quisque in iuxta libertates suas quoque extas interim Conservetur donec de Privilegiis eiusmodi libertatum plenaria decisio facta fuerit volumus omnino ac Mandamus Ut ut supra memoratos Liezaiscen iuxta Privilegium eorum in toto Conservet et nec in collas villarum nostrarum superius expressarum ad aliquos labores Curiae nostrae ferendum cum Privilegium supra scriptum adigat aut astringat tamdiu donec per nos de Privilegio dictorum Oppidanorum Liezaiscen superius memorato in proxime futuro Generali Regni nostri Conventu plenarie decisum et Cognitum fuerit Et alias Fratrum pro gratia nostra et sub gravi indignatione nostra non facturum Datum Lublini die xvj Mensis Augusti Anno domini MDLXVj Regni nostri XXXVij Ad Mandatum sacrae Regiae Maiestatis proprium

Vlnera Lieskowaczki cum vancza

Laboriosus Dmytr Lieskowaczki Scultetus sacre Regie Maiestatis de Lieskowathe Coram officio et actis presentibus Castrensibus Premisliensibus ostendit et Manifestavit vulnus suum Currentum in fronte Item vulnus Currentum in digito Police manus sinistre Item vulnus fixum in pectore Partis dextre per quibus inculpavit Laboriosum vancza dictum Slowaniczek filium Laboriose Annae de Korosthno subditum sacre Regie Maiestatis Quae vulnera officium vidit et suscepit

Presentacio Equorum

Nobilis Mathaeus Nyczerebeczki Servitor Generosi Marthini Crassiczki Nomine et ex parte eiusdem Marthini Crassiczki presentavit officio Castrensi Premisliensi Equos quorum diversi coloris una cum Curru Magno subditorum Generosi Joannis Hermanowski ut asserebat in fundo domini sui receptis die hesterna et hoc tunc temporis dum et quando ipse subditi super equitando in fundum proprium eiusdem domini eius viam violent percipiebant fenum proprium domini eius praefati in villa et hereditate Rubiezowyce Quos equos cum Curru hic in Castro Premisliensi reliquit